



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. XVI. Ad cap. VIII. de Rescript.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

evidentissimis legibus definitum esse; Imperialia constituta, etiam si  
**COSS.** non legerentur, in dubium non vocari. Denique Justinianus  
dissertè jussit constitutiones sine die & Consule in Codicem  
suum relatas nihilominus valere. *Const. de N. C. F.* §. 2. vers. et si  
que earum & de Justiniano Codice confirm. §. 3. At Tribonianus *Tribonius*  
Constantini M. legem ad beneficia nominatim personalia, seu re- *nismus no-*  
*scripta Gratiae*, ut Canonistæ appellant, quæ nempe Codici non *tatus*.  
sunt inserta, interpolando refert. At verò sub Imperatoribus  
Francicis cœpit lex Constantini in usum revocari, ut videre est ex  
Imp. Lotharii *legg. Langobardicis lib. 3. tit. 38.* Vide & L. Aleman-  
nicam similem *tit. 34.* At in Ecclesia variavit consuetudo, Die & *In rescriptis*  
Consule modò adjectis, modò omissis. Pelagium & Gregorium *Ecclesie an*  
M. primo rejectis Consulum notis mensem & indictionem ad dies & con-  
scripsisse videmus. Quod tamen alii postea non fecerunt. Ni- *sul necessa-*  
*colaus nempe primus, qui Gregorium securus est, Johannes VIII. rta.*  
*Gregorius VII. Alexander III. Innocentius III. & cæteri, qui lon-*  
*gas & multiplices epistolas decretales ediderunt: Sed & loco in-*  
*ditionis annus pontificatus poni cœpit, ut videre est in Epistolis *Annus in-**  
*Innocentii III. Zacharias nomen Imperatoris apposuit. Hæc dictionis, &*  
*itaque Data ad falsitatem evitandam fuit introducta, quia, ut *Pontificatg.**  
*Glossa ait ad can. dicent. 16. c. 25. q. 2. vix aliter probari falsum. Data quo fi-*  
*ne adhibita.*

## CAP. XVI.

## Ad cap. VIII. de Rescript.

S U M M A R I A.

- |                                       |                                  |
|---------------------------------------|----------------------------------|
| 1. <i>Vita Lucii Papæ.</i>            | 3. <i>Urbe expulsus.</i>         |
| 2. <i>Primus, qui ad formam Late-</i> | 4. <i>Lingonensis Episcopat.</i> |
| <i>nensem creatus.</i>                |                                  |

**C**aput est Lucii 3. Pontificis. Fuit Lucā oriundus, Tuscus, *Vita Lucii*  
antea Ubaldus Allucingolus, Bonaguintæ filius, ex Cano *Papæ*,  
*Nico Lucensi factus Cardinalis tituli sanctæ Praxedis ab*  
*Innocentio II. & Episcopus Ostiensis & Velerinus, ab A-*  
*driano IV. factus, electus Romæ à 15. Cardinalibus IV. Kalendas*  
*Septembres Anni 1185. Fuit benè literatus, ut ait Tyrius lib. 22. hi-*  
*H. sfor.*

*Primus, qui stor. sacr. 6. 7. ferturque primus creatus Pontifex secundum formam mam à concilio Lateranensi II. præscriptam. Vixit in Cardinale Lateranen- latu fermè 50. annis. teste Oauphrio. Tertio anno Pontificatus sem creatus. civili seditione urbe expellitur, cum Consules & Senatores ab Urbe ex- lere vellet. Profugit Veronam, ibi mortuus.*

*pulsus. Sribit ad Lingonensem Episcopum. Lingones inter Cel- Lingonensis tas finitimi Æduis, Sequanis Tullensibus, Langres vulgo, civitas Episcopat. Episcopal is in Galliâ sub Archiepiscopo Lugdunensi; qui Archi- episcopus est Dux & par Franciæ. Lingonensem Episcoporum res gestas describit Jacobus Severtius in chronologîa Archiepi- scoporum Lugdunensium.*

## CAP. XVII.

### Ad cap. 9. Eod. tit.

#### S U M M A R I A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Norvicensis Episcopat.                      | 8. Cur aula Rom. bodie solo Vice-              |
| 2. Cancellarius Ecclesiæ, idem & Bibliothec.   | Cancellarii titulo defunga- tur.               |
| 3. Notariorum primicerius. Pro- toscriniarius. | 9. Ratio Gomezii examinatur.                   |
| 4. A libellis, epistolis.                      | 10. Quis ultimus Romæ Cancella- rius.          |
| 5. Cancellaria, quis locus.                    | 11. Dominus Mosyes Vice-Cancel- larius primus. |
| 6. Vice-Cancellarius.                          |  |
| 7. Ejus officium.                              |  |

*Norvicensis  
Episcopat.*

**S**criptum est ad Episcopum Norvicensem. Alia exemplaria legunt Norviensem. P. Gregorius Norvagiensem intelligit, & ita legendum putat. Sed omnino est Norvicensis, Norvicum Angliæ sub Cantuariensi Episcopo.

*Cancellarij*

In cap. X. mentio fit Cancellariæ. Cancellarius olim in Ecclesiæ, id est Ecclesiâ Romanâ & bibliothecarius dictus, qui Romanum Pontificem & Bibliothecam in chartis Ecclesiasticis juvabat, & orientis occidentisque Synodicis consultationibus respondebat, ut tradit D. Hieronymus in epistolâ ad Agerachiam de monogamiâ. Et conjicit Dn. Mallincrot ipsum Hieronymum Damasi Papæ Cancellarium fuisse. Antiquissimis temporibus Notariorum Primicerius appellabatur,